



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Item de Nicolao haeretico. Cap. XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

& sœmina procreatum, ceremonias adhuc legis custo-  
dientes.

## EBIONITAE PAUPERES IN terpretant, & vere sensu pauperes.

### Caput XVIII.

**S**ED & Cherintus hæreticus, noua introducit dog-  
mata, scilicet terrenum fore regnum Christi in  
Hierusalem, & interim homines vitijs & concu-  
piscentijs esse subiecti, & nuptiarū festiuitates af-  
futuras, ad eos facile decipiēdos q̄ sunt dediti libidini.

## DE HAERESI NICOLAITA rum. Cap. XIX.

**S**Urrexit præterea & alia hæresis, quæ appellatur  
Nicolitarum, quæ à Nicolao uno de septem Di-  
aconibus cum Stephano ordinatis, se iactauit.  
**CLEMENS ALEXANDRI**  
nus de Nicolaitis hæreticis & Nico-  
lao. Cap. XX.

**H**ic autem Nicolaus pulchram habēs uxorem,  
cum post ascensionem domini ab apostolis in-  
creparetur de zelotypia, iniuria lacesitus pro-  
duxit illam in medium, si quis eam habere vellet, libe-  
re permisit. Ex qua occasione isti consequens esse pu-  
tauerunt, vt secundum hoc factum vel dictum Nico-  
lai, carne sua in quo delectaretur, abuteretur vñusquis  
que. Vnde & nunc qui sectam propriæ libidinis assu-  
munt, sub illius nomine promiscuos & illicitos expe-  
tunt concubitus.

## AD HVC DE NICOLA O CLE mēs cō mendans Nicolaū. Cap. XXI.